



Nicolaus ille natus est anno 1519. Is præclara in-dole & felici ingenio exornatus, à pueris o-peram literis dedit, & prima fundamenta egregie iecit. Postea quoq; ad artium & linguarum studiū conuersus, adeò profecit, ut supremam in ijs lau-ream meruerit. Huic eruditioni & uitæ integritatē ac morum innocentiam adiecit. Accedebat & sin-gularis eloquētia, quam partim natura, partim arte sibi comparabat. Postea Theologiæ incubuit, & sa-cræ literas sibi familiares reddidit. Id cum Philip-pus Landgrauius intellexisset, eum curiæ suæ con-cionatorem cōstituit, & uerbo Dei familiam suam pascere iussit. Cum eam prouinciam aliquandiu-m cum laude sustinuisselet, tandem Marpurgensis pastor electus est. Eam ecclesiām is etiamnum Euangelij doctrinā instruit, atq; etiam ut omnia decenter fiant, instituit. Est Nicolaus mira humanitate etiā erga ignotos præditus. Itacq; cum anno 1562 Marpurgi essem, atq; Martyrum historiam illustriss. principi offer-re, Nicolaus me benignè suscepit, & omnīs generis humanitatis officia exhi-buit, ita ut meritò ipsum ob uarias animi uirtutes in optimorum amicorū nu-merum ascripserim, atq; dignum censuerim, qui ob eruditionem & pietatem omnibus bonis & doctis commendetur. Anon.